UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

12. Electorem Coloniensem. Excipit Monasterij. Et Coisveldiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68495

Visual Library

geliciſacris in iis operentur, Principem, ait, 1662.
addecere, cujus uti regio, ita & Evangelico-
rum ſenſu, Religio ſit. Eâ ſic authoritate
lacera hîc tecta, perforatas alibi feneſtras re-
parari jubet, ac monet ſeriò præſentes Conſu-
les, Ædilesq́ue, ut ſarta tecta conſervent. Æ-
dem â Divo *Nicolao* appellatam poſtremùm *Eccle-*
ſubit, eâque inſpectâ, quandónam, inquirit, *ſiam Ca-*
frequnentetur. Extra dies, reſpondent, A- *tholicis*
poſtolis dicatos ejus uſum non eſſe. *Oppor- attribuit*
tuniùs ergò, inquit Princeps, *ſerviet uſui Ca-*
tholicorum, qui ex aulâ & miniſtris meis Civi-
tatem habitant; tam enim incongruum cenſerē
hanc otioſam eſſe, quam ſacrorum illos commo-
ditate defraudari. Sacerdos interim aram
parat, & ſacrificio Princeps, cæteriq́ue reli-
gioſè interſunt. Peractâ re divinâ, ædisque
ac ſacrorum curâ, Patribus *Franciſcanis* com-
mendatâ, Monaſterium revertit. Hi ex or-
dine Minorum, quos *Conventuales* dicunt, ab
Huxarienſibus olim ejecti, hucusq́ue exulâ- *Reducit*
rant, donec *Chriſtophorus Bernardus*, ære ſuo *Franciſ-*
conductâ etiam, traditâque jam domo, ſpe- *canos.*
ratæ tam diu reductionis hac viâ poneret fun-
damentum.

Cauſa verò maturati reditûs fuit, quod 12.
Maximilianus Henricus Colonienſis Octovir, *Electo-*
qui poſt luſtratum Belgium, Bremam, Ham- *rem Co-*
burgum per id temporis *Hildeſij* morabatur, *lonien-*
jamque Coloniam reviſurus, Monaſterium *ſem.*
cogitaret. Ut igitur hunc ceu Archi-Præ-
ſulem

1662. ſulem ſuum ac multis nominibus devinctum quâ decebat veneratione ac magnificentia exciperet, accelerati itineris neceſſitatem impoſuit cura tanti apparatûs. Is ſexto Idus Novembris à *Chriſtophoro Bernardo* in Monaſterienſem Civitatem magnificè introductus. Poſtero die in Baſilica Divi Pauli ſolenni ſacro interſunt, indè novam arcem ingreſſi centum & decem tormentorum exploſione militariter honorantur. Inſpecta ac luſtrata circum arce, ejusque munimentis & officinis ad triclinium veteris aulæ digreſſi, menſa regali præparatione inſtrata, & Principes & Comitatum expectahat. Inter epulas, continuata machinarum iſthic campeſtrium laxatione, ſaluti Magnatum Europæ crateribus aſſiduè litatum eſt. Decimâ Novembris die, *Chriſtophorus Bernardus* qua exceptum magnificentia *Coesveldiam* deduxit. Ab armatorum iſthic bis mille, & tormentis octuaginta ſalutatus, poſtquam in *Ludgeroburgo* pari cum ſplendore & honore habitus eſt, ipsâ *D. Martini* Præſulis feſtâ luce non minori pompa, ducente, ſupra ſemimilliare ſpatium, *Chriſtophoro Bernardo*, *Maximilianus Henricus* Dúrſtenam, *Veſtæ* Colonienſis oppidum diſceſſit.

Excipit Monaſterij & Coesveldiæ.

13. Quando nuper, uti narravimus, dies quondam feſtos perpetua largitione dotavit Princeps, etſi tunc *hæreditarium* pariter cre- *Camerariatum* Principis ac Principatûs Monaſt-

Fundat Camerariatum.